

Consulatu decidantur ob rationes dictas : & quando opinio aliqua æquitati fauet , alteri præferenda est rigori iuris adharenti , per ea , quæ adducit Heuia num. 37. & quando tale quid accidit , non est dicendum sine iurisdictione iudicari , quia Rex in casu probabilis opinionis illam conferre credendus est ; sicut de Pontifice tradunt communiter Theologi , sciente esse opiniones circa Sacramentorum administrationem ; iurisdictionem requirentem : quæ si re ipsa verà non sit , Sacramentum erit multoties nullum , quod præsertim in Sacramento Pœnitentiæ accidit . Non est tamen credendum id ita velle Pontificem ; & ita doctrina talis videtur approbata , & iurisdictionem conferri ne Sacramentum irritum toties sit , & animæ fidelem aded graue , & irreparabile quandoque detrimentum patiantur . Quamuis hoc non omnino certum sit , vnde non virgente necessitate per planiora , quæ & securiora , gradiendum . De quo bene Bassæus supra num. 10. vers. Ceterum .

Iurisdictione quomodo à Rege & Pontifice cum probabiliter agitur , conferatur .

Clericus non posse in Consulatu conueniri .

Clericus negotiator quando fore privilegium amittat .

Cap. Ex litteris de vita & honestate Clericorum .

Grave eorum peccatum in iura

dari : hoc enim contra institutionem huius Tribunalis esse videtur , per quam quoddam est quasi pactum stabilitum , vt scilicet illi circa res suas iudicent ; sic Rege liberaliter annuente , & ipsius Regis nullum ex tali iudiciali foro detrimentum iura legitima patiantur . Et hoc est quod num. 4. dicebamus , non posse contra leges iudicari , cum iniquum videatur semper contra Regium patrimonium in sententiis ire ; & confidentiam eius temerari . Nisi forte circa aliqua probabilis opinio sit minus Regi fauens , tunc enim iuxta dicta num. 8. procedendum neque credendum est id contra illius non esse penitus voluntatem , quandoquidem opiniones rolerat , quæ eo ipso , quod probabiles sunt , potest iuxta illas iudicari . Et certe quod vna via videtur tolli , per aliam recuperatur : opulencia enim commercij in magnum Regij patrimonij commodum militat , cum inde iurium accretio , inde donatiua pro temporibus necessitatis habeantur . Et hæc pro Consulatu latis , quæ ad animæ forum spectant , pro aliis autem citatus Heuia consulatur ; vt iam ad speciales in Indiis contractus veniamus . Nec omnes prosequi possibile est , quando & plurimi sunt , & aliqui pro diuersitate regionum prorsus ignoti , ex iis autem quæ circa præcipuos quosdam dicenda sunt , ad alios poterit utilis consequentia deriuari . Sit ergo pro illis

rius de fraudatione Regalium contra illum indicando .

CAPVT III.

De contractu argentearum pinnarum .

11 **E**X argento puro antequam quinta pars Regi soluat , & in massam redigatur grandiore Regio signaculo consignatam , pinne diuersorum ponderum conficiuntur , quarum commercium communissimum apud Mercatores habetur . Sunt tamen circa illud aliqua difficilia , & ita videndum , quid in eo liceat , quidque possit conscientias prægrauare . In primis statuendum est vt certum pinnas huiusmodi aliarum mercium more diuersa pro tempore pretia fortiri . Licet enim per leges iam pridem statutum sit vt argenti Marcha , vulgo Marchus , sit argenti valoris regula , & Marcha iuxta legem habeat octo vncias , quæ faciunt sexaginta quinque regales , L. 1. Titul. 21. Lib. 5. Compilatoris . Nihilominus vsus inualuit , vt Marchiæ valor fixus non sit inter Mercatores , vnde secundum accidentia temporum variatur : idque non solum in Indiis , sed etiam in Hispaniâ , quod suo modo etiam in auro contingit . Circa quod dubitari nequit , quin sit licitum , quandoquidem ita communi vsu receptum , qui maxime iuxta naturam rerum est ; & aliarum rerum vsui conformis ; sicut enim ferrum , æs , stannum , & alia metalla fixum pretium non habent , sed iuxta raritatem , aut copiam , aliasque rationes occurrentes variatur ; ita & in argento , & auro similiter affirmandum : leges autem fixum pretium statuentes , de argento hoc pinnario non loquuntur , cum in eo prohibeant contractus celebrari , vt dictum num. 2. cuius pretium valde inferius esse solet , eò quod Regia marcha valorem augeat , cuius & alia rationes esse solent .

Quid pro na .

Earum pretium non esse fixum & variabile .

Marcha ut valoris regula .

Pinnas anticipata solutione emi posse ; & doctrina pro eo generalis .

An ab iis , qui Minerarij non sunt ; nequeat sint aliquæ eorum habituri .

Rationes pro eo , quæ & pro emptione anticipata solutione .

12 **H**ac ergo pretij varietate sate solent Mercatores minerariis ad expensas ingentes , quæ in creando argento , & ad suam puritatem redigendo fiunt , anticipatam pecuniam tradere , eo pacto vt in pinnis sibi persoluant , designato pretio , cum pecunia traditur , quidquid de pretio sit , quod traditionis tempore sint habitura . Vbi quidem contractus emptionis , & venditionis est , & ita iuxta ea regulanda , quæ Auctores de eo dicunt , cum res anticipata solutione emuntur , pretio in ipso contractu constituto ; si enim ita emantur vt currenti debeant pretio dari , nulla est in eo contractu difficultas . In eo autem , de quo agimus , pro certo habeo esse omnino licitum , etiam quando verosimiliter creditur traditionis tempore plus esse valituræ & cum sit contractus plus etiam valeant . Quæ quidem iuxta satis probabilem sententiam sunt , quam circa emptiones huiusmodi tenent doctissimi scriptores , ex quibus P. Molina Diss. 360. P. Lessius Lib. 2. Cap. 21. Dub. 7. P. Gaspar Hurtadus Diss. 2. de Contract. diff. 6. Card. Lugo Diss. 26. n. 109 & seqq. P. Onate Diss. 64. Sect. 1. 2. & 3. Bonacina Diss. 3. de contractibus , quæst. 2. Puncto 4. num. 20. qui alios adducunt . Et vt alias rationes , quæ ab illis adduntur , omittam , illa in præfenti certe militat , quæ ex periculo pacti non implendi desumitur . Quando enim periculum est amitrendi pretij , aut partem illius , licet vilius emere , iuxta receptissimam sententiam , pro qua citatis aliis P. Busembaum in Medulla circa præceptum . 7. Cap. 3. Dub. 7. n. 8. & 9. Atqui ita in casu nostro contingit : Minerarij enim raro implent , quod promittunt quia multis obligatam habent fidem , multorum subsidij indigentes ; vnde & Gubernatores ipsos videmus huiusmodi contractibus implicatos , querelis ob fraudatam fidem onustos & magnas pati , Deo sic altè prouidente , iacturas , vt malè parta malè dilabantur .

13 **P**ræter contractum dictum , qui cum Minerariis intri solet , alius est similis , qui circa pinnas etiam fit , sed cum iis , qui Minerarij non sunt , neque cum illis vllum commercium habent : dantur enim illis pecuniæ , vt reddant pinnas assignato tempore , pretio , vt de contractu præcedenti diximus , constituto : Quod si non reddant pinnas , reddent pecunias cum augmento vsque ad valorem pinnarum tunc futurum ; & videtur quidem licitus ob similes rationes eis , quæ pro illo , qui anticipata solutione fit , à Doctõribus adducuntur , aut potius easdem : sic enim arguunt : Primo : quia anticipata solutione ementes , patiuntur iacturam lucri , quod intermedio tempore possent suæ pecuniæ vsibus obtinere . Secundo : quia res tradenda post aliquot menses , minus valeret emptori , quam si statim illi traderetur : res enim præfens multas habet opportunitates , quas non habet futura . Tertio : est ratio à nobis adducta , periculi inquam perdendi pretium : homines enim commercium huiusmodi exercentes , dubiæ fidei esse solent , ergo licitus est contractus talis . Rationes istas adducit P. Lessius cum aliis , non est autem opus vt omnes in contractus quoslibet quadrare debeant , quæ pro alio adducuntur , qualibet enim vtrique communis videtur sufficere nam vbi est eadem ratio , eadem est & iuris dispositio , iuris inquam non positui tantum , sed etiam diuini ad forum conscientiarum pertinentis .

14 **S**ed aliunde contractus dictus videtur minimè licitus , sed planè vsurarius , vt potè in quoratione mutui lucrum obtingat ; nam iste à quo pinnæ dicuntur emi , tradendæ post aliquot tempus , neque habet , nec creditur pinnas habiturus ; ergo verè , & propriè non vendit , Patet consequentia ; quia defuit propria ratio venditionis , quæ est permutatio mercis pro pretio ; cum ergo accipiatur pecunia cum augmento reddenda ; mutuum sanè est , cum auctario , & ita contractus vsurarius . Si dicas pretium pinnarum esse incertum , & posse tempore designato traditioni minoris emi , quam fuerint emptæ tempore anticipatæ solutionis : id certè nequit sustineri , nam ex eo casus destruitur ; dicitur enim quod si non reddat pinnas is , qui pretium anticipatum accipit , eò quod illarum copia non sit , debeat reddere pretium currens . Cum ergo earum tanta copia sit , vt minoris emantur quam fuerit pretium anticipatè datum , satis manifestè apparet non esse rationem cur non reddat pinnas , cum possit eas pretio tali emere , vt in contractu lucretur . Quando ergo pretium anticipatè soluitur , supponitur id , quod frequenter euenit , & moraliter constat euenturum , pinnas scilicet plus valituras ; & ita huic contractui applicatur doctrina illa de anticipatæ solutione : sic enim quæstio proponitur , An scilicet liceat minoris emere , ob anticipatam solutionem , vt videri apud Auctores potest . Si ergo incertum sit quale sint habituræ pretium , sitque moraliter contingens , vt minus valeant , non videtur esse difficultas , vt videri potest apud P. Lessium Lib. 2. Cap. 20. num. 145 . Præterquam quod non fit satis argumento ex eo procedenti , quod in contractu dicto non sit propria ratio venditionis , cum non sit permutatio mercis pro pecuniâ , nec futura speretur quando pretium traditur .

Vnde illius contractus dictus videtur .

Vrgetur ea contractus simili in tritico & similibus cum non danda doctrina .

Vsura quid & applicata casui definitio .

15 **R**oboratur , & explicatur . Nam si quis ad alterum accedat , & petat ab eo mutuum , renuatque ille ; dicat tamen daturum se , si in tritico soluat messis tempore pretio currenti , cum tamen ille prædium non habeat , nec aliunde tale commercij genus , vsura in eo videtur intercedere ; datur enim mutuum cum obligatione huiusmodi ; idè enim apponitur , quia creditur sic petentem non habiturum triticum , & ita redditurum quod accepit , & præterea interesse , ex eo quod triticum non reddat , cum obligatio illa sit pretio æstimabilis ; ponitur ergo pro mutuo obligatio contra rationem mutui propriam , vnde vsura incurritur turpitudine . Itaque triticum non emitur , quia neque est , neque futurum speratur : si enim esset moralis potentia ad illud , etiam si quis non sit agricola , & animus reddendi adfir , contractus est licitus , iuxta ea , quæ adducit Diana Part. 1. Tract. 8. Resolut. 26 . Vnde non traditur pecunia nisi mutuo , quia contractus alius esse nequit , & additur obligatio , ex qua redditur vsuraria . Quæ doctrina est communissima apud omnes agentes de vsuris , & ex definitione vsuræ constat , iuxta quam dicitur lucrum ex mutuo . Hoc autem quod in casu prædicto euenit , similiter in eo , de quo agimus , inuenitur . Cum enim homines pecuniâ opus habeant ; nec mutuum inueniant , modo prædicto se obligant , alieni prorsus in cogitatione suâ à pinnarum traditione ; sicut & pecuniam tribuentes , qui probè sciunt quid sit euen-

euenturum; vnde vſurarij deprehendantur: ab eo namque, quod verofimiliter euenturum creditur, vſuræ qualitas innotefcit: vnde ſi quis tradat mutuo certas menſuras tritici, accepturus tot alias tempore. quo plus creditur valituras, ſi ita recipiat, vſuram committit, vt docet P. Leſſius ſuprà num. 152. & cum conditionibus ab eodem explicatis non videtur poſſe negari, licet ſint aliqui generaliter aſſerentes, in mutuo ſemper poſſe exigi eandem menſuram, ſeu idem pondus rerum: intelligendū enim ſunt cum iſ, qui mutuo dedit, rem non erat leuaturus, aut incertum erat pretium futurum tempore ſolutionis, & mutuatarium ad non ſoluendum ante certum tempus obligauit.

Fit ſatis adductis pro contraria poſitione.

16 Quæ autem pro aduerſa parte ſunt adducta, non vrgent: loquimur enim de contractu iuxta ea, quæ ſecundum ſe dicit, alia autem, aut nimium probant, aut mutuo etiam poſſunt conuenire. Prima enim ratio eſt ob lucrum ceſſans, & tertia ob periculum amittendi pretium: quæ quidem accidentaria ſunt, & in mutuo poſſunt reperiri, iuxta ſententiam communem; ſecunda autem ex eo, quod res præſens multas habeat opportunitates, quas non habet futura; probat ex mutuo lucrum poſſe accreſcere, quia pecunia præſens ſimiliter plures habet opportunitates: ergo qui eam ſe ſe alienat, dum mutuum tradit, aliquid propterea lucrari poteſt. Quod conſtat quàm ſit à Catholica doctrinà alienum, iuxta quam vſuram non licet; liceret autem ſi ob carentiam pecuniæ ſas eſſet lucrum reportare. Pro quo videndus Cardinalis Lugo Diſput. 25. de luſtitia num. 17. qui ſententiam quorundam vti falſiſſimam reiicit, dicentium pro obligatione non repetendi mutuum poſſe aliquid vltra fortem accipi, quod amplexus eſt Caramuel in Theologia morali num. 799. & ſequenti. Quod ſi non amplexus ex integro, ſatis amplectendū animum indicauit; dum adeo verofimile conatur oſtendere, & ad rationem oppoſitam, deſumptam ex proprio mutui conceptu, ſolutionem eſt ſuo iudicio ſufficientem meditatū. Sed ſit hoc vtrumque probabile, vt nonnullis videtur apud Caramuelem; in noſtro certè caſu non videtur habere locum: quia in eo non paciſcitur iuxta illud, vt ſcilicet tradens anticipatè pecuniam, ex eo lucrum yelut; quia ſe obligat ad non repetendam vſque ad certum tempus, quod quidem deberet in pactum deduci; ſed alio diuerſo modo contractum emptionis præſeferente.

Obiectioni ſit ſatis.

17 Si dicas: ergo rationes adductæ non ſunt efficaces ad probandum licitum eſſe minoris emere anticipatà ſolutione, quandoquidem duæ ex illis etiam mutuo communes ſunt, & alia multum probat, ac propterea nihil: reſponderi poteſt nobis non incumbere omnes Auctorum rationes pro reſolutionibus probabilibus deſendere, cum non ſemel plures earum inefficaces reperiantur, & pro opinione dicta aliæ profectò ſunt ſatis genuinæ: vt meritò propter illas, accedente grauium ſcriptorum auctoritate, debeat valde probabilis iudicari. In caſu autem noſtro illa non habent locum, vt videri poteſt apud P. Leſſium in tertiâ, & quintâ ratione, quarum prior ex eo deſumitur, quod ſicut modus vendendi creditò, inducit multitudinem emptorum,

Validiores rationes pro contraria anticipata ſolutione.

& ita facit pretium creſcere; ita è contrario modus vendendi ſolutione anticipatà facit pretium decreſcere, quia pauci ſunt, qui hoc modo emant, & plurimi qui vendant. Secundo: quia ſi res ſolum vendi poſſent pretio currenti, res tempore traditionis minus valerent ratione copiarum. Et quia venditores paſſim merces ingerunt, præſertim ſi terræ fructus ſint, ob vitandos ſumptus in illis colligendis, & conſeruandis, & ob neceſſitatem pecuniæ ad ſoluenda debita, quæ tunc inſtant ob expenſas circa eoſdem. Quæ quidem pro caſu præſenti non militare omnino perſpicuum eſt.

Diſcuſſa obiectio.

18 Si dicas: ex hoc ſequi neque rationem à nobis adductam pro caſu priori, quando cum Minerariis contrahitur, eſſe legitimam; quia ex eo quod eſt valde accidentarium contractui, deſumitur; ſcilicet ex periculo amittendi pretium. Reſpondeo abſolutè loquendo ita quidem eſſe, ſed quia periculum tale ita certum eſt, vt rarè abſit, iuxta illud rectè poſſe argumentum procedere, vbi non de metaphyſicis rationibus agimus, & à circumſtantijs penitus abſtractis, ſed ſecundum circumſtantijs ſemper moraliter adharerent. Ne autem ex eo ſolum probare videamur; addi poteſt etiam ratio iam inſinuata: nam vendentes pinnas ſolutione anticipatà, emptores rogant, eò quod pecuniâ indigeant ad expenſas in metallis elaborandis multiplices, & ita cum vltro neque merces ſint, vileſcunt; iuxta tritum axioma, & addunt multi pro tertiâ parte.

Notanda ratio pro Aſſertione.

19 Iuxta hæc ergo; non videtur contractus dictus admittendus; an autem probabile ſit illum eſſe licitum, erunt fortè qui ceſſent, & ita vidi ab aliquibus affirmari; qui tamen rem ſerio, maturè, & per otium non videntur expendiſſe. Neque fauet pro aſſerendâ probabilitate Caramuel num. 746. qui cum alijs cenſet licitum eſſe tradere pecuniam ſoluendam tempore meſſis in tritico, pretio eiusdem aſſignato, quod non debet eſſe currentis meſſis tempore. Ille enim de emente agit ab eo, qui eſt ruſticus, & ita qui triticum creditur habiturus. Quod autem addit num. ſequenti. obligationem ſcilicet non exigendi pecuniam vſque ad meſſis tempus eſſe pretio æſtimabilem; non eſt abſolutè admittendum, quando mutuum eſt datum vſque ad tempus illud; quia de ratione mutui eſt vt nequeat repeti ante tempus, pro quo datur, iuxta dicta num. 15. & 16. Eſt enim liberalis quædam donatio pro illo tempore, & in eo ab omnibus alijs contractibus diſtinguitur, qui oneroſi ſunt. Sicut autem pro donatione nihil exigi poteſt per modum pretij, ita neque pro mutuo; eſt enim contractus, quem humanæ naturæ ſincerum dictamen inuenit, vt homines ſibi benefaciant nihil amittendo, ſed quod illis non eſt opus pro tempore aliquo tribuendo, recepturi poſt tempus aſſignatum; & ita beneuolentiam generaliter habituri. Quæ explicatione corrumpit, quidquid à Caramuele, & alijs, ac præcipuè à P. Leſſio Cap. 20. citato, dubit. 14. iuxta eorum, & non propriam mentem, adducitur aut adduci poteſt. Pro quo etiam videndus Cardinalis Lugo Diſputat. 25. Sect. 3. vbi ingenioſè ſuo more philoſophatur. Neque Caramuel contrarium aſſeruit citato loco; locutus enim de obligatione non repetendi, etiam ſi indigeat: quo euentu verum eſt

An oppoſitum ſit probabile.

Pro obligatione non repetendi pecuniam vſque ad certum tempus nihil exigi poſſe. Vbi notanda ratio cur pro mutuo nil poſſit accipi.

eſt ratione damni emergentis aut lucri ceſſantis. Nec de pinnis plura modò occurrunt, quæ autem de illis dicta ſunt, ad argenti glebas extendendum, quæ in quauis aliâ formâ, ante quintationem circumferri inter Mercatores ſolent, & ad aurum ſimiliter, ſive in glebis, ſive in puluere, vt dicitur, circa quæ tamen quæri vterius poteſt, & ſit pro eo

Difficultas circa obligationem Legum, que perfectionem auri, & argenti præſcribunt, in quibus contrariari licet.

Quid per leges circa valore auri & argenti statutum ſit, vt vſui poſſint adhiberi.

20 Per leges regni statutum eſt vt aurum trium tantum legum, vt vulgò dicitur, eſſe poſſit, viginti ſcilicet, & quatuor graduum, quos Characta dicimus, ſeu qualitates, & eſt omnium perfectiſſimum; vel viginti duorum, vel ſaltem viginti. Quod ſi aurifices alio vſi fuerint infra gradus prædictos, poena amiſſionis eiſdem imponitur in Pragmaticâ Regum Catholicorum die 25. Iulij anni 1499. cap. 3. que eſt lex 4. Lib. 5. Titulo 24. compilationis. Pro argento autem eſt lex eorundem 12. Aprilis anni 1488. & 1. ac 2. in citato libro & Titulo, & alia quæ habentur toto Titulo 22. vbi ſtatuitur debere illud habere vndecim nummos, vulgò dineros & quatuor grana, nec poſſe aliud ab Argentarijs ad opera adhiberi, vnde nec Regia Marcha ſignari. Nummus autem, ſeu denarius, vt alij vocent, non ſignificat monetam aliquam, ſed gradum perfectionis argenti, iuxta minutiffimas diuiſiones, vſque ad grana, quæ iuxta pondus grani triticeï ſolitæ regulari: quamuis per legem 3. citato Titulo 22. conſiciendorum granorum noua forma præbeat. De qua exactiſſimâ diuiſione agit ex profecto Michaël de Roxas in libello, quem inſcribit. Iardina de en ſayadores, & ante illum Matienzus ad citatas leges poſt Couarruuiam exactiſſimum, & eruditiffimum tractatorem; cuius ille ſe labore profeciſſe ingenuè profitetur. Qui in Gloſſa 1. Circa legem 4. citatam Titulo 24. num. 8. obſeruat circa auri æſtimationem, & argenti diuerſam in Indijs haberi rationem ab eâ, quam leges generaliter præſcribunt, ſed certè quoad communem Marchæ æſtimationem vix eſt in quo diſcrimen videatur: num. etiam 7. aduertit Marcham, ſeu Marcham argenti non ſignatum Regiâ Marchâ minoris æſtimari pro quinta parte, quæ ſcilicet Regi debetur. Cum ergo leges ita circa auri, & argenti æſtimationem ſtatuant, videndum qualis ex illis conſcientiæ obligatio ſuboriatur. Circa quod

Aſſertio 1. peccare grauiſſe aurifices fraudè videntes circa illum.

Aſſertio 2. ratione prædictæ legum, non eſſe graue peccatum.

tenore conſtat. Si dicas magnū ex eo detrimentum Reipublicæ ſequi, dum aurum vile pro pretioſo obrudatur, & ſimiliter argentum. Contra hoc eſt, quia non eſt verum prædicta obrudari, quandoquidem iuſto pretio venduntur. Deinde aurum, & argentum ignobiliora non fruſtrâ natura produxit, vt debeant tamquam viliffima alia tractari, aut penitus abiici. Cum ergo ſeruire debeant humanis vſibus, in illis ſi iuſtè omnia ſiant nullum eſt Reipublicæ detrimentum. Et hæc ſit ratio ſecunda.

Aſſertio 3. idem ſtatuens circa valore in non ſignatâ Regiâ Marchâ.

Aſſertio 4. non ſignatâ minoris non eſſe valora pro quinta parte.

22 Dico tertio: valor legibus deſignatus non obligat in conſcientiâ in auro & argento Regiâ Marchâ non ſignato. Probatur: quia leges de illâ non loquuntur, vt conſtat, quandoquidem illud prohibent in ordine ad contractationem.

Dico quarto: Aurum, & argentum non ſignatum Regiâ marchâ non habent minorem valorem ſignatis pro quinta parte vt ex Matienzo poſitum num. 20. Ratio eſt; quia quandoquidem leges de illis non loquuntur, æſtimatio ſumenda eſt ex vtilitate, quam illa pro humanis poſſunt vſibus exhibere: deſiciente enim legitimo pretio, ſuccedit naturale, iuxta omnium ſcribentium doctrinam. Nec dici poteſt per legem haberi, ex eo quod auro & argento ſignatis per leges eſt valor aſſignatus, & ita conſequenter non ſignatis, ex quibus quinta pars debetur Regi, vnde non debet cum alijs æſtimari: nam licet debeatur Regi, qui ita contrahunt, exiſtimant in conſcientiâ non deberi, & illis non minoris commoditatis eſt id, quod ſignatum non eſt, quàm id, quod ſignatum, immò & frequenter maioris, vt annorum proximorum experientia comprobauit. Præterea: non eſt verum etiam ſi quinta pars detrahenda ſit, valorem eſſe, qui reſpondeat quatuor ex legis taxatione; & ſecundum temporum contingentias poteſt humanis vſibus plus aut minus deſeruere. Vnde cum valor pinnarum proximis annis vſque ad ſexaginta ſerè regales excreuerit, modò quadraginta, & octo venduntur; multò certè maioris quàm ſi quinquæ tollatur partis valor; Marchus enim argenti ſignati ſexaginta ſex regalibus; & ſex marapetinis æſtimatur; iuxta eundem Matienzum; vnde detractâ quintâ parte valor deberet eſſe quadraginta trium regalium, & non nihil amplius, quamuis ſecundum nouiores ordinationes Marchus tantum habeat ſexaginta quinque regales, vt videri poteſt apud D. Eſcalonam ſecunda parte Gazophylacij pag. 129. num. 2. Non eſt autem credibile Reges noſtros ita voluiſſe argenti non ſignati valorem conſtituere, vt contra communem æſtimationem adeo inferior remaneret: non eſt ergo fixus & ſtabilis, vt ne ſas ſit à puncto illius fixo declinare. Et hæc pro contractu pinnarum, iam pro alijs ſit

Marchi ſignati quis valor.